

WHIT TUESDAY

Errors? help@extraordinaryform.org

The titular church of St. Anastasia, once the Court church during the Byzantine period, is chosen for today's station, instead of the Basilica of St. Paul, as the latter is too far out for a procession at this season of the year when the weather is too warm.

During the Octave of Pentecost the Church celebrates more especially the glories of the grace of the Holy Ghost and His secret work of sanctification in the Mystical Body of Christ. Thus today she repeats in the verse for the Communion the words of Our Lord: "The Spirit who proceedeth from the Father, he shall glorify me," and this glorification consists chiefly in our sanctification and in the growth of the Kingdom of God in our souls.

INTROIT Esdras 2: 36-37

Accípíte jucunditátem glóriæ vestræ, allelúja: grátias agéntes Deo, allelúja: qui vos ad cæléstia regna vocávit, allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 77: 1) Atténdite, pópole meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Accípíte jucunditátem glóriæ vestræ, allelúja: grátias agéntes Deo, allelúja: qui vos ad cæléstia regna vocávit, allelúja, allelúja, allelúja.

COLLECT

Adsit nobis, quæsumus, Dómine, virtus Spíritus Sancti: quæ et corda nostra cleménter expúrget, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Acts 8: 14-17

In diébus illis: Cum audíssent Apóstoli, qui erant Jerosólymis, quod recepíssent Samaría verbum Dei, misérunt ad eos Petrum et Joánnem. Qui cum veníssent, oravérunt pro ipsis, ut accíperent Spíritum Sanctum: nondum enim in quemquam illórum vénerat, sed baptizáti tantum erant in nómine Dómini Jesu. Tunc imponébant manus super illos, et accipiébant Spíritum Sanctum.

ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Spíritus Sanctus docébit vos, quæcúmque díxero vobis. Allelúia. (*Hic genuflectitur*) Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium: et tui amóris in eis ignem accénde.

SEQUENCE VENI SANCTE SPIRITUS

Veni, Sancte Spíritus,
Et emítte cælitus
Lucis tuæ rádium.
Veni pater páuperum,
Veni dator múnerum,
Veni lumen córdium.
Consolátor óptime,
Dulcis hospes ánimæ,
Dulce refrigérum.
In labóre réquies,
In æstu tempéries,
In fletu solátium.
O Lux beatíssima,
Reple cordis íntima
Tuórum fidélium.
Sine tuo númine,
Nihil est in hómine,
Nihil est innoxium.
Lava quod est sórdidum,
Riga quod est áridum,
Sana quod est saucium.
Flecte quod est rigidum,
Fove quod est frígidum,
Rege quod est dévium.
Da tuis fidélibus,
In te confidéntibus,
Sacrum septenárium.
Da virtutís méritum,
Da salútis éxitum,
Da perénne gáudium.
Amen. Allelúja.

GOSPEL John 10: 1-10

In illo témpore: Dixit Jesus pharisæis: Amen, amen, dico vobis: qui non intrat per óstium in ovíle óvium, sed ascéndit aliúnde, ille fur est et latro. Qui autem intrat per óstium, pastor est óvium. Huic ostiárius áperit, et oves vocem ejus audiúnt, et próprie oves vocat nominátim et educít eas. Et cum próprias oves emíserit, ante eas vadit: et oves illum sequúntur, quia sciunt vocem ejus. Aliénium autem non sequúntur, sed fúgiunt ab eo; quia non novérunt vocem alienórum. Hoc provérbium dixit eis Jesus. Illi autem non cognovérunt, quid loquerétur eis. Dixit ergo eis íterum Jesus: Amen, amen, dico vobis, quia ego sum óstium óvium. Omnes, quotquot venérunt, fures sunt et latrónes, et non audierunt eos oves. Ego sum óstium. Per me si quis introierit, salvábitur: et ingrediétur et egrediátur et páscua invéniet. Fur non venit, nisi ut furétur et mactet et perdat. Ego veni, ut vítam hábeant et abundántius hábeant.

OFFERTORY Psalms 77: 23-25

Portas cæli aperuit Dóminus: et pluit illis manna, ut éderent: panem cæli dedit eis, panem Angelórum manducávit homo, allelúja.

SECRET

Puríficet nos, quæsumus. Dómine, múneris præséntis oblatio: et dignos sacra participatióne efficiat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE FOR PENTECOST

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, per Christum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super cælos, promíssum Spíritum sanctum (hodiérna die) in filios adoptiόνis effúdit. Qua própter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et superárnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes, hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes:

COMMUNICANTES FOR PENTECOST

Communicántes, et diem sacratíssimum Pentécostes celebrántes, quo Spíritus Sanctus Apóstolis, innúmeris línguis apparuit: sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Mariæ, Genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apóstolorum ac Mátyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis: et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Clepi, Cleoméntis, Chrysógeni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiánis: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsq; concédas, ut in ómnibus protectiόνis tuæ muniámur auxilio. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

HANC IGITUR FOR PENTECOST

Hanc igitur oblatiόνem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ, quam tibi offérimus pro his quoque, quos regeneráre dignátus es ex aqua, et Spíritu Sancto, tribuens eis remissiόνem ómnium peccatórum, quæsumus Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numeráti: Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

COMMUNION

John 15: 26; 16: 14; 17: 1-5
Spíritus qui a Patre procédat, allelúja: ille me clarificábit, allelúja, ailélúja.

POSTCOMMUNION

Mentes nostras, quæsumus, Dómine, Spíritus Sanctus divinis réparet sacraméntis: quia ipse est remissio ómnium peccatórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Receive the joy of your glory, alleluia; giving thanks to God, alleluia; Who hath called you to a heavenly kingdom, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps. 77: 1) Attend, O My people, to My law; incline your ears to the words of My mouth. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Receive the joy of your glory, alleluia; giving thanks to God, alleluia; Who hath called you to a heavenly kingdom, alleluia, alleluia, alleluia.

Let the power of the Holy Spirit be present with us, we beseech Thee, O Lord, both graciously cleansing our hearts and guarding us from all dangers. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, when the apostles that were in Jerusalem had heard that Samaria had received the word of God, they sent unto them Peter and John; who, when they were come, prayed for them, that they might receive the Holy Ghost: for He was not as yet come upon any of them; but they were only baptized in the name of the Lord Jesus. Then they laid their hands upon them, and they received the Holy Ghost.

Alleluia, alleluia. The Holy Ghost shall teach you whatsoever I shall have said to you. Alleluia. (Genuflect) Come, Holy Spirit, fill the hearts of Thy faithful: and kindle in them the fire of Thy love.

Come, Thou Holy Spirit, come,
And from Thy celestial home
Shed a ray of light divine.
Come, Thou Father of the poor,
Come, Thou source of all our store,
Come, within our bosoms shine,
Thou of Comforters the best,
Thou the soul's delightful guest,
Sweet refreshment here below.
In our labor rest most sweet,
Pleasant coolness in the heat,
Solace in the midst of woe.
O most blessed Light divine,
Shine within these hearts of Thine,
And our inmost being fill.
Where Thou art not, man hath nought,
Nothing good in deed or thought,
Nothing free from taint of ill.
Heal our wounds, our strength renew,
On our dryness pour Thy dew,
Wash the stains of guilt away.
Bend the stubborn heart and will,
Melt the frozen, warm the chill,
Guide the steps that go astray.
On Thy faithful who adore,
And confess Thee evermore,
In Thy sevenfold gifts descend.
Give them virtue's sure reward,
Give them Thy salvation, Lord,
Give them joys that never end.
Amen. Alleluia.

At that time, Jesus said to the Pharisees: Amen, amen, I say to you, he that entereth not by the door into the sheepfold, but climbeth up another way, the same is a thief and a robber. But he that entereth in by the door is the shepherd of the sheep. To him the porter openeth, and the sheep hear his voice, and he calleth his own sheep by name, and leadeth them out. And when he hath let out his own sheep, he goeth before them; and the sheep follow him, because they know his voice; but a stranger they follow not, but fly from him, because they know not the voice of strangers. This proverb Jesus spoke to them: but they understood not what He spoke to them. Jesus therefore said to them again: Amen, amen, I say to you, I am the Door of the sheep. All others, as many as have come, are thieves and robbers; and the sheep hear them not. I am the Door. By Me if any man enter in, he shall be saved; and he shall go in, and go out, and shall find pastures. The thief cometh not but to steal, and to kill, and to destroy. I am come that they may have life, and may have it more abundantly.

The Lord opened the doors of Heaven, and rained down manna upon them to eat: He gave them the bread of Heaven, man did eat the bread of angels, alleluia.

May the offering of the gift here before Thee, we beseech Thee, O Lord, purify us and render us worthy of its sacred participation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: through Christ our Lord. Who, ascending above all the heavens and sitting at Thy right hand, poured out (on this day) the promised Holy Spirit upon the children of adoption. Wherefore the whole world doth rejoice with overflowing joy and the heavenly hosts also and the angelic Powers singly together the hymn of Thy glory, evermore saying:

Communicating with, and keeping the most holy day of Pentecost, whereon the Holy Ghost appeared to the Apostles in countless tongues and also reverencing the memory, first, of the glorious Mary, ever Virgin, Mother of our God and Lord Jesus Christ: as also of blessed Joseph, Spouse of the same Virgin, of your blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Cosmas and Chrysostom, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

We therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service, as also of Thy whole family, which we make unto Thee on behalf of these whom Thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Ghost, granting them remission of all their sins: and to dispose our days in Thy peace, preserve us from eternal damnation, and rank us in the number of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

The Spirit Who proceedeth from the Father, alleluia. He shall glorify Me, alleluia, alleluia.

May the Holy Spirit, we beseech Thee, O Lord, renew our minds with the divine sacrament, for He is the remission of all sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God forever and ever.